

milibus servari solitis ab excommunicationis, suspensionis et interdicti aliquisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, quas propterea quomodolibet incurrerint, et ab huiusmodi delictis excessibus et crimibus absolvendi et super irregularitate premissorum occasione quomodolibet contracta dispensandi omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam abolendi eosque rehabilitandi et ad honores famam ac pristinum et eum statum, in quo ante premissa erant, necnon ad nostrum et eiusdem sedis gremium, gratiam et benedictionem restituendi, reponendi et plenarie reintegrandi ac alia in premissis et circa ea necessaria faciendi et exequendi plenam et liberam auctoritatem et facultatem similiter ad beneplacitum nostrum concedimus per presentes, non obstantibus premissis ac quibusvis apostolicis necnon in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque.¹ Volumus autem quod Phy[lippus] et alii predicti ad loca car^{mo} in christo filio nostro Sigismundo Polonie regi ill. subdita absque ipsius regis consensu non accedant nec in eis absque eodem consensu permaneant.

Dat. Romae etc. 18. Martii 1535 a^o primo.

Hie[ronymus] audit. Blos[ius].

Minuta in *Min. brev. Arm. 41, t. 50, n. 6. Archivio segreto pontificio.*

11-12. Sanchez a re Ferdinando I.²

Roma, 3 giugno 1535.

Quanto a Camerino non è possibile a nessun costo indurre il papa a un espediente benevolo... «asserens sibi pudori et vituperabile fore» se il suo negozio col suo suddito venisse sottoposto alla decisione d'un terzo, «antea velle perdere papatum suum quam quicque indecorum committere; verum demum labore magno et praesertim domini Petri Aloisii condescendit hodie in hoc medium, quod dux ponat eam civitatem et illius arcem in manum et potestatem oratoris cesarei».

Orig. nell'Archivio domestico, di Corte e di Stato in Vienna.
Romana, fasc. 7.

13. Papa Paolo III all'imperatore Carlo V.³

Roma, 15 luglio 1535.

Carissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori. Carissime in Christo fili noster salutem etc. Ex relatione dilecti filii, comitis de Sifuentes oratoris Vestrae Caesareae Majestatis et ex literis nuntii nostri proxime allatis non sine singulare gaudio et letitia,

¹ Segue cancellato: «Dat...» Quanto segue («Volumus autem...») d'altra mano (forse di *Hier. audit.*).

² Cfr. sopra p. 204.

³ Cfr. sopra p. 152.